

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Eunuchus III

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1594

PRAETEREA FORMA ATQVE AETAS IPSA EST FACILE VT PRO
EVNVCHO PROBES. hoc quidem ioco dicebat seruus, sed
rem inuentam pulchre cogit fieri adulescens, cumque diu
repugnaret ad terrendum eum, periculum futurum esse,
ne in domo meretricis tamquam adulter teneatur, hic ille 5
respondet, adulterium in domo meretricis esse non posse,
381 per statum finitium. — 90 AT ENIM ISTAEC IN ME CVDE-
TVR FABA ex prouerbio est, nam dicunt quendam auarum
rusticum, cum fabam coxisset et cum socio inuaderet in
eodem uasco, partem sibi depoposcisse et aquam adiecissee 10
parti suae, quae corrupta et alteram quoque corrupit: unde
communis faba corrupta est et in eum, qui hoc fecerat, tota
conuersa est. igitur prouerbium est, ut qui male fecit, in
383 eum recidat quod fecit. — 92 QVAE NOS NOSTRAMQVE
ADVLESCENTIAM HABENT DESPICATAM quasi insertam et ad 15
se quadam diuisione pendentem, quale est illud (*Verg.*
Geo. I 292) 'ferroque faces inspicat acuto'. — 95 AN POTIVS
386 HAEC PATRI AEQVVM EST FIERI melius est, inquit, ut in
domum meretriciam deducar et referam gratiam, quam
389 patrem fallam. — 98 IVBEO COGO ATQVE IMPERO cum ne- 20
390 cessitate sunt. — 99 NVMQVAM DEFVGIO AVCTORITATEM hoc
est: obtemperabo, non auctoritatem tuam defugiam.

III.

1.

391 1 MAGNAS VERO AGERE GRATIAS THAIS MIHI haec
scaena glorioli militis tenet iactationem et exultantiam,

4 eam *LFB'V* | esse *G*, est *rell.* || 6 respondit *FG* || 9 <ut
cum socio inuaderet> in eodem uasco *post depoposcisse(t) codd.*,
corr. W. || 10 depoposcisset . . . adiecisset *codd.*, *corr. Lindenbr.* ||
13 est 2. *G, om. rell. (ras. in V) | fecit]* facit *LFα* || 14 quod
Lindenbr.: qui *codd.* || 16 diuisio *LV¹* | quale *S*, quod *rell.* ||
17 facis *codd.* || 19 et (*post referam*) *add. SV²*, -que *B'*, *om.*
βV¹ || 21 *NVMQVAM — defugiam]* *haec erasa sunt in LS, at in*
L liquido agnosci possunt | defugiam B'V² | hoc — auctorita-
tem om. B'V || 22 *diffugiam codd.* || 24 et *F, om. rell. | exultanti*
V¹, -tationis B'SV²

quae narratio bellissime agitur. primo cum nuntiatum fuissest meretricem libenter missa dona sumpsisse, parum credidit, nisi iterum diceretur. ita interrogat 'magnas uero 392 gratias?' — **2** INGENTES hic persona colacis parasiti custoditur, nam cum ille dixisset 'magnas', hic periculum adiecit 'ingentes'. ita et illud, cum ipse quaeisset **AIN** TV LAETA EST, adiecit parasitus NON TAM IPSO QVIDEM DONO QVAM QVOD ABS TE DATVM EST ID VERO SERIO TRIVM-
395 PHAT. — **5** EST ISTVC DATVM PROFECTO VT GRATA MIHI SINT QVAE FACIO OMNIA haec oratio gloriōsi est militis, **10** hoc est nimiam sibi gloriam uindicantis, quippe cum dicat sibi fato uel quadam natura esse concessum, uti cuncta, **397** quae faciat, grata sint omnibus. — **7** VEL REX MIHI SEMPER GRATIAS MAXIMAS AGEBAT 'uel' et significat, ut (*Verg. Ecl. VIII 69*) 'carmina uel caelo possunt deducere lumen'. et est sensus: et rex mihi maximas agebat gratias, **398** quodecumque feceram. — **8** ALIIS NON ITEM pulchre adiecit, ne natura regis talis esse uideretur, ut maximas gratias **399** omnibus ageret. — **9** LABORE ALIENO MAGNAM PARTAM GLORIAM VERBIS IN SE TRANSMOVET QVI HABET SA-
 LEM QVOD IN TE EST sensus: ex alieno labore gloriam praeparatam solo sermone in se transferre potest, qui-
 cumque instructus est corde. hic 'quod in te est' quod non ad salem transferimus — nam salem genere dici-
 mus masculino —, sed illud totum 'quod in te est': ut **25** transferre in te possis alieno labore gloriam praeparatam. —
406 16 QVASI VBI ILLAM EXSPVERET MISERIAM EX ANIMO ut posset curam et sollicitudinem ex animo remouere. —
408 18 IMMO SIC HOMO EST PERPAVCORVM HOMINVM hoc est: talis est, inquit, ut cum paucis esse uelit. denique hoc **30**

¹ bellissime W.: breu- *codd.*; lepid- *Schopen* || 3 ita] iterum *L* || 4 hic — 6 ingentes *om. L* || 6 **AIN** — **EST**] intuita est *L*, ain tu inuita (*in mg. uel laeta*) est *F*, inuita est *VS* || 8 **EST**] esse (*om. qvod*) *F* (= *Ter.*) || 12 fato *B'*, facto *rell.* || 16 et 1. *hic est inser.* *W.*, *post gratias habent codd.* || 17 quodcumque] quidquid *F*|| feceram *om. L* || 19 agere *LV¹* | labores *LSV* || 21 sensus <est> *F* || 22 solo — 26 praeparatam *om. L* || 27 expueret *B'*, -rit *rell.*

409 intellexit et Parmeno, cum dixit **19** IMMO NVLLORVM ARBI-
 411 TROR SI TECVM VIVIT. — **21** EGO NON FLOCCI PENDERE
 413 contemnere et nullius momenti ducere. — **23** ELEPHANTIS
 QVEM INDICIS PRAEFECERAT quem praeposuerat elephantis,
 418 qui sunt ex India. — **28** QVID NI ESSET HOC EST: dubium 5
 419 non est, quin mutus existeret. — **29** MISERVVM HOMINEM
 ET ILLVM SACRILEGVVM 'miserum' dixit militem, 'sacrilegum'
 parasitum, † quia eius laudabat militem 'me hercule' (v. 26),
 420 quod utique falso iurauit. — **30** QVO PACTO RHODIVM TETI-
 GERIM IN CONVIVIO HOC EST: quemadmodum per iocum male 10
 424 tractauerim atque pulsauerim. — **34** COEPIT AD ID LV-
 426 DERE ad id scortum ludere. — **36** LEPVS TVTE ES ET
 PVLPAMENTVM QVAERIS hic est sensus: cum tu ipse praeda
 sis, praedam quaeris. quidam intelligunt 'lepus tute es',
 quod natura leporis talis est, ut incerto sexu uiuat. iterum 15
 432 est ergo hic quasi tactus adulescens. — **42** QVI ADERANT
 EMORIRI comice tantum dicitur, nam emori facit. —
 434 **44** SED HEVS TV PVRGON EGO ME DE ISTA THAIDI hic
 quasi consilium petitur, an purget se miles apud Thaidem,
 quod Thais credit militem iam uirginem amare, sieuti 20
 etiam ipsa supra (*I 2, 62—63*) dixit 'sed ego quantum sus-
 picor, ad uirginem animum adiecit'. dat autem consilium
 parasitus, ut magis augeat suspicionem, et huius argu-
 mentum profert, quod proposit, ut, si quando illa mentionem
 Phaedriae fecerit, miles contra Pamphilam commutet et 25
 sic iniucem iniuria Thaidis parem gratiam ipse referat,
 445 cum Pamphilam nominat. hoc enim dixit **55** PAR PARI
 446 REFERTO QVOD EAM MORDEAT. — **56** SI QVIDEM ME AMA-
 RET TVM ISTVC PRODESSET GNATHO bona quaestio, ⟨an⟩

2 NON om. GB'SV² || 6 quin] quia *F*, qua *VS*, quo *B'* || 8 quia
 eius] quia is *Lindenbr.*, quia iurans *Goetz*; *fort.* qui acrius. *An* qui
 nimis? cf. *Don.* | laudabit *VS* || 10 per iocum *F*, per eo cum *Lα*,
 per cocum *G* || 13 quaeres *LG¹V¹* || 15 incerto *B'* (cf. *Don.*): incesto
 rell. || 16 est *F*, et *Lα*, om. *G* || 17 nam emori] an memori *LVS* ||
 18 purgone *V¹*, purgen *FGV²* | istac *α* | thaide *codd.* || 19 si
 miles *L*, se similes *V*, sese miles *B'S* || 23 et huius] et uaus *L*,
 et uius *V¹*, cuius *G* || 25 commutet *L*, nominat *FG*, -net *α* ||
 26 ipse] se *LF* || 27 ⟨pro⟩ pari *FB'V²* || 29 an add. *W.*

contemni se doleat: 'non' inquit 'diligit'. huic respondet parasitus probans, quia diligit, ex his argumentis, quando illud, quod dat miles, meretrix expectet atque amet: 'ergo 452 utile est consilium, quod tibi dedi'. — **62 RIDICVLVM NON ENIM COGITARAS** parasitus, tametsi bonum consilium in 5 uenerit, tamen, quoniam colax est, dicit ipsum militem, si cogitasset, melius inuenire potuisse.

2.

454 1 AVDIRE VOCEM VISA SVM MODO MILITIS haec scaena oblationem munerum tenet, quippe Parmeno oblatus 10 <est> Aethiopissam et eunuchum, quos ut oportet secundum domini praeceptum laudabit. igitur demonstratiuum genus causae <est>, ubi laus erit; sed quoniam praesens est miles et eius parasitus, erit et uituperatio. quae omnia ex oratoriae artis partibus tractabuntur, quippe cum omnis laus uel uituperatio hominis dumtaxat diuidatur ex 15 animi bonis uel malis. haec omnia exequemur suo loco. ac primum miles meretricem conuenit et ab ea petit, ut dicat quemadmodum dona susceperit. — **AVDIRE VOCEM VISA SVM MODO MILITIS** pulchre factum, ut meretrix intus posita uocem militis audire se dixerit: est enim consuetudo ho- 20 minum, ut ob recens munus omnia officia et obsequia praebant; ut superba illa meretrix in amatores suos,

1 doleat *SV²*, dolet *FB'*, <ne> dolæt *G*, <nc> dol& *V¹*, <ne> uell& *L* | huic *W.*: hic *codd.* || 3 spectat (-ant) *V*, speret (*post* atque *add.* ex) *L* | amat (*om.* *L*) *codd..* || 4 ridicule *α*, *om.* *L* || 5 cogitauit *LFVS* | tuam (*om.* *G*) etsi *β* || 6 est (*es* *V*) dicit] adit *L* || 7 cogitasset *S*, -taret *rell.* || 8 modo *ante* uocem *L*, *ante* uisa *rell.* || 9 oblationem *W.* (*cf. infra*): subl- *codd.* || 10 est *add.* *Schopen* || 11 laudabit *Schopen*: -uit *codd.* | demonstrat eum (*eum ante dem-* *B'*, *om.* *F*) genus *LFVB'* || 12 est *add.* *W.* || 15 homines *L α* || 16 animi *Lindenbr.*: -mis (-os *B'*) *codd.* | exequemur *B'*, -quentur *LS*, -quamur *FGV* || 21 munus] mixtis p *L* || 22 praebant ut *W.*: praebamus (-ant *G*) *codd.* | <et> in *LFα*

quae et Phaedriam paulo ante excluserat domo uenientem,
 nunc post munus acceptum egreditur et audisse se uocem
 457 militis dicit. — 4 <FIDICINA quae> fidibus scit, hoc est
 458 eitharam nouit. — 5 PLVRIMVM MERITO TVO astuta mere-
 trix, ne muneris gratia dixisset se amare militem, respon- 5
 460 dit ‘amo te, sed merito tuo’. — 7 VBIVIS NON MOROR
 462 ‘non moror’ non impedimento sum. — 9 ITVRAN THAIS
 QVOPIAM ES interrogat Parmeno, an aliquo itura sit. —
 465 12 QVID STAMVS CVR NON IMVS HINC miles, posteaquam
 riualis seruus uidetur offerre dona, properat, ut discedat 10
 466 meretrix, ne cogatur accipere. — 13 QVAESO HERCLE VT
 LICEAT PACE QVOD FIAT TVA bene tamquam cum milite
 468 ‘pace’ inquit ‘quod fiat tua’. — 15 PERPVLCHRA inquit
 CREDO DONA AVT NOSTRI SIMILIA uituperationis exordium
 sumitur, generale tamen, scilicet a corporeis bonis uel ma- 15
 lis: quippe sua dona per comparatiuam qualitatem a bonis
 corporis collaudauit, hoc scilicet donis detrahens riualis
 471 sui. — 18 EX AETHIOPIA EST VSQVE HAEC hic, quoniam
 supra aduersarius dixerat ‘perpulchra dona aut nostri
 similia’, quam Aegyptus produxerat, a corporis bonis 20
 laudare non potuit: laudauit extrinsecus, quae sunt ex
 loco et ceteris partibus, ut ex longinquitate regionis
 gratiam muneri praepararet. — HIC SVNT TRES MINAE
 hic uituperatio rursus extrinsecus facta est ab opinione,
 ab existimatione, a pretii qualitate, ubi totum callide 25
 a Parmenone factum, uti primum ea, quae in corpore
 non placebat, promeretur, post eunuchus, qui utique erat
 pulcherrimus, quia adulescens Chaerea. hic omnis laus
 472 a corpore est, quod dixit 19 EVNVCHVM TIBI QVAM

2 se om. a || 3 FIDICINA quae add. Lindenbr. || 4 astuta]
 multata L || 10 auferre a, afferre G || 11 <ea> accipere S ||
 14 haut FG, haud B'S | nostris FGS || 15 scilicet W: sed
 (et S) codd. || 16 ab bonis (*in mg.* donis) F, ab donis rell. ||
 17 corporeis G | laudauit F || 18 suis L a || 19 haud FB'S
 nostris FG a || 21 <itaque> laudauit? || 25 totum <domum
 (donum FG a)> codd. || 27 <primo> promitteretur codd., corr.
 W. || 28 quia S, qui rell. || 29 est F, om. rell.

LIBERALI FACIE QVAM AETATE INTEGRA. haec quidem aetas
 naturalis est et eunucho, siquidem mature datur. sed haec
 474 omnia personae sunt attributa. — **21** QVID TV AIS GNATHO
 NVM QVID HABES QVOD CONTEMNAS hic insultat Parmeno,
 quoniam pulcherrimum donum a meretrice iam probatum 5
 est, et concludit ex eo, quod non audeant uituperare et
 conticescant potius quam satis laudent. adiecit ab animi
 476 bonis laudem: **23** FAC PERICVLVM inquit IN LITTERIS FAC
 IN PALAESTRA IN MVSICIS QVAE LIBERVM SCIRE AEQVVM EST
 ADVLESCENTEM. artes et disciplinas animi bona nos tradi- 10
 mus, et liberos adulescentes aequum est ista cognoscere.
 sunt autem litterae, palaestra, musica et praecipua duo,
 palaestra et musica, quae alia corporis, alia animi scientia
 est, de quibus et Plato de republica (*cf. II 17*) loquitur dicit-
 que omnes ciues in adulescentia etiam his artibus operam 15
 debere tradere, ut omni genere adulescenti robur ad uirtutis
 indolem suscitetur. et hoc igitur contra militem est: nam
 his rebus dicit Plato milites et uiros fortes posse existere
 meliores; unde Achilles ab Homero (*cf. Il. IX 186 sq.*)
 inducitur *ut* uir fortissimus, sic arte doctissimus, et re- 20
 liqui, qui in palaestra plurimum ualent. idecreo adiecit
 478 'quae liberum scire aequum est adulescentem.' — **25** SOL-
 479 LERTEM DABO peritissimum exhibeo. — **26** EGO ILLVM
 EVNVCHVM SI SIT OPVS VEL SOBRIVS pulcherrimum eunu-
 chum quoniam negare non potest miles, detractionem 25
 repperit, quod in eunucho ad turpitudinem libidinis pul-
 chritudo uerti potest. et quoniam 'sine Cerere et Libero
 friget Venus' (*IV 5, 6*), dixit etiam 'hunc sobrium eu-

2 eunucho — mature *W.*: eunuchus equidem (quid- *FG*)
 naturae *codd.* || 4 exultat *S* || 6 audeant *Zeune*: -at *codd.* || 7 conti-
 cescant *Lindenbr.*: -at *codd.* | laudet *FG* || 12 et] haec *V²B'*,
om. FGS | praecipua duo *(praecipua)* *LGVS* || 13 et *W.*: uel
codd. | alia 2.] sunt *G* | scientia est *W.*: -tiae *codd.* || 15 etiam
W.: & in *LV¹*, et in *rell.* || 16 debere] de rebere *S*, de robore
LFB'V, (*operan-*do robori se (tradere) debetur *G* | omni genere
W.: omnia (-ni *G*) onerē (one *F*, honore *GB'V*, more *S*) *codd.*;
 omni opere *Schoell.* | adolescentie *G* || 20 ut (*pro uir*) *Schopen* ||
 24 si — *SOBRIVS om. FB'SV²* || 28 hunc etiam *FG* & | *sobrius S*

nuchum, si opus sit —': intelligitur autem quid consequatur. — **27** ATQVE HAEC QVI MISIT NON SIBI SOLI POSTVLAT TE VIVERE memor est mandatorum, nam quoniam dominus dixerat (*II 1, 8*) 'munus nostrum ornato uerbis, quod poteris', hoc supra factum est, et quoniam adiecerat dominus 'et istum aemulum, quod poteris, ab ea pellito', nunc hoc exequitur, cum dicit 'dominus meus neque 487 pugnas narrat neque cicatrices ostentat suas'. — **34** NAM HERCLE NEMO POSSET SAT SCIO SI HABERET ALIVM HVNC PERPETI istum enim seruum, quod malus sit, nemo posset, 10 inquit, perpeti, si haberet tantum, unde alium compararet, ut ostendatur dominus pauper. haec propter malitiam, quia 497 neque nudare se posset, ut aliis compararetur. — **44** ISTVC QVOD DIXTI MODO ET ILLVD DE RHODIO DICTVM CVM IN MENTEM VENIT colax parasitus suum ubique implet officium: 15 nam cum leuiter locutus miles fuisse, qui dixerat (*v. 43*) 'domini similis es', continuo risus sibi commouit et dixit ex ioco nunc dicto et commemoratione illius dicti, quo Rhodium adulescentulum miles se <tetigisse> dixerat, sese 501 ridere coepisse. — **48** SI FORTE CHREMES HVC ADVENERIT 20 FAC VT ORES PRIMVM VT MANEAT hic est Chremes frater puellae, quae a milite Thaidi donata est; hunc fratrem esse eiusdem et meretrix suspicatur. hanc <ob> causam mandat ancillae, ut, si uenerit, maneat, et uide quemadmodum mandat! tria praecepta sunt, quae scilicet secundum gra- 25 dum petitionis ad minora descendunt: primo enim quod maius est petimus — hoc dixit 'ut maneat' —, deinde 502 quod minus est, ut dixit **49** SI ID NON COMMODVM

¹ quod *codd.* || ² *qvi]* que *FG* || ⁴ quo *G* || ⁵ poterit *LV¹* || ⁶ quo *G* || ⁷ nunc] non *LS* || ⁹ *HVNC*] non *LVS* || ¹¹ tantum *S*, tamen (*om. G*) *rell.* || ¹² quia *Schoell*: qui *codd.* || ¹⁶ dixerat <*parmenoni*> *FB'* || ¹⁷ commouit et *W.*: -uit *G*, -uet *rell.* || ¹⁸ *ex]* et *LFV*, *om. G* | <*ex*> commemoratione *VS* | quo *W.*: quod *codd.* || ¹⁹ tetigisse *add. Schoell* || ²⁰ ridere *F*, uid- *rell.* || ²³ meretrix *G*, -tricis *rell.* | *ob add. Zeune* || ²⁵ secundum *FB'*, -do *rell.* | gradum *B'*, -du *rell.* || ²⁸ *ID NON om. LGVS*

EST VT REDEAT, tertio quod uult ac desiderat ex necessitate 503 tate **50** SI ID NON POTERIT AD ME DEDVCITO: quae tria seruabit ancilla. — **51** QVID QVID ALIVD VOLVI DICERE expressit morem domo proficiscentis, ut in properatione mandare aliquid cupiamus et in obliuionem ueniat ac post memoria repetatur.

3.

507 **1** PROFECTO QVANTO MAGIS MAGISQVE COGITO NIMIRVM DABIT HAEC THAIS MIHI MAGNVM MALVM haec scaena suspicionem habet adulescentis, quod sibi meretrix insidias praepararet, quo facilius se ad amorem posset adducere: unde sic ad conjecturam argumenta sumuntur. ac primo ipsa summa est 'profecto quanto magis magisque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum'. deinde incipiunt argumenta: a dictis 'quod me accersiri iussit', deinde ⟨a⟩ factis 'quod cum uenissem, causam ut ibi manerem reperrit', rursus a dictis 'quod ait rem diuinam fecisse se et rem seriam uelle mecum agere', a factis 'quod ipsa accumbere mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere', deinde a dictis 'quod quaesiuit, quam pridem mihi mater et pater mortui essent, quod quaesiuit rus Sunii ecquod ⟨habeam' ***⟩, a factis 'quod⟩ nunc misit ut ueniam'. haec a summo ad imum argumenta dicuntur, quorum quidem causae denudatio manifesta est: nam haec omnia fecit meretrix, non ut adulescentem in amorem posset inducere, sed uti de puella quod quaerit agnoscat. haec

1 ac desiderat *B'*, ac dederat (ac *** *S*, addiderat *F*) *rell.* || 4 proficiscentis *W.*: -ns *codd.*; -tium *Lindenbr.* || 6 memoriā *L G* || 14 a 1. *B'*, *om. rell.* | quo *Lα* | a 2. *add. Lindenbr.* || 17 mecum agere *G*, intellegere uel agere *L*, agere *rell.* || 18 daret *L VS* | <quod> sermonem *LG V¹* | quaereret *LV¹* || 20 rusuni *LV¹* | et quod *codd.* || 21 *habeam* — quod *add. W.*; *fort. plura exciderunt* || 23 denudatio] *an deriuatio?* cf. *infra* || 24 ut *om. LVS* | possit *Lindenbr.*

omnia ex deriuatione causae explicabimus singula. namque quaesiuit 'rus Sunii ecquod habeam', quia supra (12, 35) in narratione dictum est abreptam pueram e Sunio; quaesitum est 'quam longe a mari' propterea, quia puer a praedonibus rapta est. deinde reliqua quae 5 consecuntur aperte hanc indicant causam, de puer scilicet, quod adiecit 'ecqua inde parua perisset soror, ecquis 511 cum ea una, ecquid habuisset, cum periit'. — 5 ROGET QVIS QVID TIBI CVM ILLA si me aliquis interroget, quid mihi cum meretrice sit, respondeam NE NORAM QVIDEM. — 10 513 7 REM DIVINAM FECISSE hoc est sacrificium fecisse. — REM SERIAM VELLE AGERE MECVM rem necessariam et 517 grauem mecum loqui. — 11 VBI FRIGET ubi oratio deficit et quid agat non habet. — HVC EVASIT eo usque concendit et exiuit, ut (*Verg. Aen. II 458*) 'euado <ad> 15 525 summi fastigia culminis'. — 19 EAM SESE INTENDIT ESSE VT EST FALLACIA hanc sese mihi obicit et inten- 526 dit et probare cupit, ut est audacia. — 20 VERVM EA SI VIVIT ANNOS NATV EST SEDECIM NON MAIOR THAIS QVAM EGO SVM MAIVSCVLA EST certos adulescens dixit annos 20 sororis suae, quod et nuper (II 3, 27) adulescens +Phaedriae indicauerat, cum dixit 'anni sedecim' et ita, ut nos diximus, optimus sensus est, quod annos nata sedecim sit, non maior, post inferatur 'Thais quam ego sum 531 maiuscula est'. — 25 o CAPITVLVM LEPIDISSIMVM impe- 25 tratura primum praebet obsequium, deinde mandata ex- 532 equitur tria illa, quae supra dixi: nam primum 26 THAIS MAXIMO TE ORABAT MODO CRAS REDIRES; at cum hoc nollet,

2 rusuni *LV¹* || 3 abripiam *LVS* || 4 est om. *FG* | quia] quod *S* || 5 puerā (om. a) *LV* | praedonis *LFV* || 7 et quis *GVS* || 8 et quid (quod *GVS*) *codd.*; quid *Ter.* || 9 quis<quis> *LFVS* | simile ... quis *L*, simile si aliquis *F* α, me si ali- quis *G* || 12 *MECVM*] & cum *LFVS*, & *G*, hoc est *B'* || 13 *vbi G*, om. *rell.* | frigeret *LV*, fingeret *FS* || 17 *FALLACIA*] audacia *Ter.* || 18 ea om. α || 19 natū *LV*, -ta *rell.* || 21 *Phaedriae*] immo Par- menoni || 22 indicauerit *F(L?)V¹* | annis *L* | sedecim <sunt> α || 27 dixi *F*, -it *rell.* || 28 modo] opere *Ter.* | <ut> eras *B'SV²* (= *Ter.*)

534 offert aliud **28** AT TV APVD NOS HIC MANE, quo utique
 536 bene ordinem <in>uertit; post infert **30** SI ISTVC SATIS
 CERTVM EST TIBI AMABO VT ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST.

4.

539 **1** HERI ALIQVOT ADVLESCENTES COIMVS IN PIRAEO hic
 adulescens unus ex illis est, qui in Piraeo conuiuum sibi 5
 praeparauerunt, cui praeparando praepositus est Chaerea,
 qui in amorem pro eunicho nunc suppositus ad meretricis
 domum deductus est. quaerit igitur hic adulescens con-
 540 uiui praepositum. — **2** DE SYMBOLIS VT ESSEMVS de
 collationibus ut ederemus, hoc est cibos sumeremus. — **10**
 543/45 **5** AVT QVID CONIECTEM aut quid suspicer. — **7** QVIS-
 NAM HIC EST quoniam supra (II 3, 68) dixerat Chaerea
 ‘nesciui nobis Thaidem uicinam’, pergens e uicino, hoc
 est e domo meretricis, exeuntem Chaereum uidet habitu
 eunuchi. idcirco dicit ‘quisnam hic est?’ 15

5.

549 **1** NVM QVIS HIC EST NEMO EST NVM QVIS HINC ME
 SEQVITVR NEMO HOMO EST haec scaena allocutionem tenet
 exultantis et gaudentis et laetantis, quam breui tempore
 amoris compleuerit uoluptatem. — NVM QVIS HIC EST ita
 inquirere uidetur adulescens, non tamquam metuat, ne 20
 aliquis superueniat, sed gaudium ut possit euadere, quam

1 offerre (& B') *L* α | quo *W.*: quod *codd.* || 2 inuertit
W. coll. v. III 2, 49 et 50 || 4 adulescentuli *Ter.* || 6 praeparauit
codd., corr. *Lindenbr.* | est *F*, om. *rell.* | chereas *codd. praeter G* ||
 8 est *om.* *L V¹* || 9 symbolis *codd.* || 10 dederemus *L VS* ||
 11 *AVT*] at *codd.* | quod *G*, qui *rell.* | conjectura ut *L* α | suspi-
 ciet *G*, -ces α || 12 *HIC EST*] hinc a Thaide exit *Ter.* || 13 e] ei
L V || 14 est e domo] esse homo *L* α, est domo *G* | uidet *Lindenbr.*: -deat *L* α, -dit *FG* | <in> habitu *B'S V²* || 15 dicat *L* α ||
 16 *HIC*] hinc *L V¹* || 18 laetantis et gaudentis *FG* α | quam]
 quod in *B'* || 21 sed gaudium *W.*: aut *codd.* | posse *L V¹*,
 -et *B'S V²*

550 rem consequenti uersu significat, quippe cum dicit **2** IAM-
NE ERVMPERE HOC LICET MIHI GAVDIVM. sed quod sequi-
tur, repugnat 'sed neminem hic curiosum interuenire nunc
mihi, qui me sequatur quoquo eam, rogitando <obtundat>'.

551 — **3** NVNC EST PROFECTO INTERFICI CVM PERPETI ME POSSVM 5
modo est, inquit, omne tempus, cum pati me possum necari,
ideo scilicet, ne gaudium meum aliqua turpitudine uita
553 contaminet. — **5** SED NEMINEMNE CVRIO SVM INTERVENIRE
NVNC MIHI ad aetatem adulescentiae et animos eorum, qui
in re ueneria amoris sui effectum continuerint, pertinet 10
hoc, quod uolunt indicare semper: nam integrum et ho-
nestum gaudium magis silentio crescit, ut hoc apud Te-
rentium est (*Hec. I 2, 32*) 'sed ut tacita mecum gaudeam',
apud Virgilium (*Aen. I 502*) 'Latonae tacitum pertemp-
558 tant gaudia pectus'. — **10** CHAEREA QVID EST QVOD SIC 15
GESTIS ea omnia, quae adulescentem uelle cognouerat,
<cum> interrogata essent, tamquam non cito respondentem
559 rursus <interrogauit> **11** QVID ME ASPECTAS QVID TACES.

560 — **12** O FESTVS DIES HOMINIS AMICE SALVE quid est
562 'festus dies hominis?' — **14** IMMO TE OBSECRO HERCLE 20
VT ME AVDIAS expressit morem laetantium, ut dixi, et
maxime eorum, qui rem ueneriam compleuerunt: ipsi enim
563 magis cupiunt indicare. — **15** NOSTIN HANC QVAM AMAT
FRATER hinc est narratio, cuius exordium a meretrice
cepit: uirginem ei missam dono dicit, simul et laudat et 25
de amore confitetur; indicat et quod frater meretrici dare
praeparasset eunuchum, quod <de> consilio serui ipse pro
eunucho ad meretricem deductus sit. et ne stultum ui-

1 dixit *L* || 3 hic] *Ihic* (!) *L* || 4 quoque eam *LV*¹, queque
iam *G*, quique (quippe *S*) iam *FB'SV*² | recogitando *LV*¹ | *ob-
tundat add. Lindenbr.* || 5 nvnc] non *LVS* || 8 -NE] nec *F*, hic
*B'SV*², om. *G* || 10 sui effectum] siue affectum *a* | contenuerint
G, (*ex corr.*) *B'*, -rit *rell.*; obt-? || 17 cum interrogata essent *W.*:
interrogata (-tus *G*) est (om. *F*) et *β V*¹, -ta sunt et *B'SV*² ||
18 interrogauit *add. W.*; ait *suppl. G* || 19 salue <amicē> *LFa* ||
21 dixi et *W.*: dixi *FS*, -it *rell.* || 24 cuius *W.*: cum *codd.* ||
26 et om. *L* || 27 de *add. W.* | consilio *F*, -um *rell.* | serui
<sui> *G* | <quia> ipse co./d. *praeter B'*

574 deretur, adiecit causas, quas et supra posuerat: ut 26 vi-
 DEREM inquit AVDIREM ESSEM VNA CVM QVA CVPIEBAM
 ANTIPHO. deinde inter alia persequitur, quemadmodum
 577 ad effectum suae cupiditatis uoluerit peruenire [29 SATIS
 581 TVTO TAMEN ironicos dictum.] 33 ABDVCIT SECVM 5
 ANCILLAS: quod ipsa meretrix descenderit ad cenam,
 quod paucae circa uirginem remaneant eandem 'nou-
 ciae puellae', ita ut et morem propter nouitatem ne-
 sciant et propter aetatem nihil ualeant suspicari. —
 583 35 VIRGO IN CONCLAVI SEDET conclave dicimus locum, 10
 584 quem † multa patefaciunt. — 36 IOVEM QVO PACTO DANA-
 AE MISISSE AIVNT QVONDAM IN GREMIVM IMBREM AVREVM
 haec pictura, inquit, erat in tabula, quomodo Iuppiter
 586 Danae imbre aureum misisset in gremium. — 38 ET QVIA
 CONSIMILEM LVSERAT IAM IPSE OLIM LVDVM quia, inquit, 15
 Iuppiter et ipse propter amoris flamas conuersus in
 imbre aureum sese commutarat ad fraudem et similiter
 lusum luserat, ut ego, qui pro eunucho ad uirginem ue-
 587 neram. — 39 IMPENDIO MAGIS ANIMVS GAVDEBAT MIHI
 amplius ex hac re, quod Iuppiter fecerat, mihi gaudebat 20
 588 animus. — 40 DEVVM SESE IN HOMINEM CONVERTISSE utique
 intelligimus Iouem uenisse humana figura, deinde per im-
 pluuium per alienas tegulas clanculum descendisse. —
 589 41 FVCVM FACTVM MVLIERI fraudem scilicet: sunt enim
 592 cum fraude ea, quae fuko uidentur infecta. — 44 DVM 25
 593 HAEC REPVTO MECVM de Iouis facto cogito. — 45 IT LAVIT
 REDIT apta narrationi oratio est, ubi facta multa breu-
 ter explicantur, sicuti ipse in Phormione (*I* 2, 53 *sq.*). —

³ ANTIPHO deinde] ante se ideo die *L*α, ante sed ydonee
F | alia *G*, aliqua *rell.* || 4 affectum *FG* α | uoluerit] potuerit? |
 SATIS — dictum *secl. W.*, cf. Schlee ad h. l. || 5 ironicos] inamicos
codd. | adducit *LGB'V* || 6 descenderit *Zeune*: -dit *codd.* || 7 ea-
 dem *LV*, eadem *S* || 10 conclave] in conclavi β *V* || 11 quem] ciuem *LV*, ubi ciues *B'* | multa (-ti *G*) cf. *Fest. P.* 38, 9²
Thes. gl. s. v.? | dane (dianae *SV²*) *codd.* || 14 misisset *G*, misit
 sed *rell.* || 15 IPSE] ille *Ter.* || 18 qui *B'*, om. *rell.* || 22 ⟨in⟩ hu-
 mana *FB'* || 24 ⟨ut⟩ sunt *codd.* || 26 *int*] in *LV¹*, It *B'*, Et *G* ||
 27 ⟨oratione⟩ oratio (putatio *L*) est *L*α || 28 in phormione

598 **50** FLABELLV M TENERE TE ASINV M TANTV M uehementer,
 inquit, uellem te uidere tantum asinum flabellum tenen-
 tem; uidere ergo uellem 'quis esset status' hoc est
 quae forma, qui habitus in te erat, cum flabellum tan-
 tus asinus contineres. hic turpiter quidam legunt po-
 tius <'tentum'> quam 'tantum', ut sit 'asinum tentum':
 quod in scaena esse dictum ob indignitatem Terentianae
599 comoediae minime conueniebat. — **51** SIMVL OMNES PRO-
601 RRVNT SE se foras simul proferunt. — **53** EGO LIMIS SPECTO
 quidam intelligunt 'limis' obliquus, quod ipsum limen,
 cum ambulamus, itineri nostro obliquum est; alii intelligunt
 'limis' oculis paululum tortis; alii intelligunt 'limis' coniunctis ad flabellum, ut Plautus (*Poen.* I 2, 79) dixit 'num-
603 quam cum ea limauit caput', quod est coniunxi. — **55** PES-
606 SVLV M OSTIO OBDO <hoc> est obduco. — **58** TVM POL EGO **15**
 IS ESSEM VERE QVI SIMVLABAR si enim occasionem istam
 praetermitterem, uere eunuchus essem, quem me esse fin-
 gebam. post adulescens hortatur, ut perget propter id,
 quod sibi mandatum est, deinde ut uestem mutet. et
 hanc mutationem in domo patris metuit uel propter fra-
 trem uel propter ipsum patrem: exigit, ut ad amici domum
 perget, illic mutet, illic consilium capiat, rursus ad mere-
 tricem quemadmodum reuertatur.

IV.

1.

615 **1** ITA ME DI AMENT QVANTV M EGO IPSVM VIDI NON
 NIHIL TIMEO haec scaena ancillae allocutionem tenet, quae
 conjecturali statu argumenta colligit militem cum mere- **25**

<quaedam breuiter explicat> *B'SV*² || 6 tentum add. *Lindenbr.* |
 tantum ut *om.* *L* || 7 esse *Lindenbr.*: est *codd.* | ab indignitate
codd., corr. *Lindenbr.* || 10 obliquis *B'S* || 14 caput quod *W.*:
 atque (adque *VS*) *codd.* || 15 hoc est *W.*: et (id est *B'*) *codd.* ||
 21 exiit *Lα* || 24 *IPSVM*] illum *Ter.* || 25 TIMEO] video *L V¹* |
 allocutionem *S*, eloc- *rell.*